

res, loco spūi Davidem esse debuit, tum propter alia ingenii liberalis ornamenta, tum quia illum subsidio iuvit, atque consilio; et quia eo illi nupsit tempore, quando inops erat, extorris et vagus, et potentissimi regis insidiis et armis appetitus ad eadem. Aliae uxores tunc in illius thalamum sociali fœdere venerunt, unâ exceptâ Achinoam, quando aut rex erat renuntiat, aut certè eo apud omnes habitus loco, ut in exercitu Sâul's princeps haberetur, et ab illo cuncti summa sperarent omnia. Quare ipsa, cum Davidi nupsit, multo quàm ille erat locupletior. Cui dicere potuit multo veriùs, quàm Oenone Paridi, cui servo atque pastori nupsit, à quo tamen, cum è regio sanguine ortum se esse cognovit, derelicta fuit: ad quem illa sic graviter meritoque conquesta:

Nondum tantus eras, cum te contenta marito

Edita de magno flumine Nympha fui.

Qui nunc Priamides (adsit reverentia verò)

Servus eras, servo mibere Nympha tuli.

VERS. 45. — SED ET ACHINOAM ACCEPTIT DAVID

EX JEZRAEL. Eodem tempore, quo durius vexabatur à Saùle, alteram etiam duxit uxorem, ex qua primogenitum suscepit Adoniam; quam etiam secum habuit in Siecele, ut habes infra, cap. 50. Erat autem Jezrael in tribu Juda, in eo ipso loco, in quo aliquandiu vagatus

CAPUT XXVI.

1. Et venerunt Ziphæi ad Saùl in Gabaa dicentes: Ecce David absconditus est in colle Hachila, quæ est ex adverso solitudinis.

2. Et surrexit Saùl, et descendit in desertum Ziph, et cum eo tria millia viro- rum de electis Israel, ut quæreret David in deserto Ziph.

3. Et castrametatus est Saùl in Gabaa-Hachila, quæ erat ex adverso solitudinis in viâ; David autem habitabat in deserto. Videns autem quòd venisset Saùl post se in desertum,

4. Misit exploratores, et didicit quòd illic venisset certissimè.

5. Et surrexit David clam, et venit ad locum ubi erat Saùl; cùmque vidisset locum in quo dormiebat Saùl, et Abner filius Ner, princeps militiae ejus, et Saù-

est David, non longè à Maon, Ziph, Carmelo: has enim simul numerat Josue, cap. 15, v. 55.

VERS. 44. — SAUL ATQUE DEBIT MICHOEL FILIAM SUAM, UXOREM DAVID, PHALTI FILIO LAIS (1). Hinc apparet, quàm esset ingenio instabili Saùl, cùm uxorem abstulerit, quam antea traderat Davidi, cùm priùs illum futurum esse regem agnovisset; à quo precibus obtinuit et lacrymis, ut sui generis ac nominis rationem haberet. Jam verò sic est in diversa mutatus, ut ablatâ filiâ, quæ servandæ fidei atque amicitiae vinculum esse poterat, ruperit nexum qui fœderis illius, aut solus, aut maximus esse debuit. Multa hic quærit Abulensis, an videlicet in his nuptiis aut dissolvendis, aut contrahendis peccaverit Saùl, et David, Michol, et Phalti; quas ego quæstiones prudens omitto, quia meorum partium esse non puto. Videat apud Abulensem, qui plura volet (2).

(1) Tradunt, vel potius more suo fabulantur Rabbini, Phalti non cognovisse Michol, eò quòd gladius inter ipsum et Michol interjaceret, ideoque ipsum mansisse illiberum sine filii. Alii asserunt id eum fecisse ex studio pietatis et castitatis. Alii alia comminiscuntur; sunt enim ipsi non vasorum, sed opinionum et somniorum figuli. (Corn. à Lap.)

(2) QUI ERAT DE GALLIM; urbs erat facile Benjaminitica, quippe quæ ab Isaiâ 10, 50, cum urbibus ejus tribus, Laia et Anathoth, recensetur. Septuaginta editionis Romane legunt *Romma*; Complutenses, *Gallim*. (Galmet.)

CHAPITRE XXVI.

1. Cependant ceux de Ziph vinrent trouver Saùl à Gabaa, et lui dirent: David est caché dans la colline d'Hachila, qui est vis-à-vis du désert.

2. Saùl prit aussitôt avec lui trois mille hommes choisis de tout Israël, et alla chercher David dans le désert de Ziph.

3. Il campa sur la colline d'Hachila, qui est vis-à-vis du désert, sur le chemin. David demeura alors dans ce désert; et comme on lui dit que Saùl venait l'y chercher,

4. Il envoya des gens pour le reconnaître, et il apprit qu'il était venu très-certainement.

5. Il partit donc sans bruit, et s'en vint au lieu où était la tente de Saùl. Il remarqua le lieu où était la tente de Saùl et d'Abner, fils de Ner, général de son armée; et voyant, par le profond silence qui régnait dans tout le camp,

lem dormientem in tentorio, et reliquum vulgus per circuitum ejus,

6. Ait David ad Achimelech, Hethæum, et Abisai filium Sarviae, fratrem Joab, dicens: Quis descendet mecum ad Saùl in castra? Dixitque Abisai: Ego descendam tecum.

7. Venerunt ergo David et Abisai ad populum nocte, et invenerunt Saùl jacentem et dormientem in tentorio, et hastam fixam in terrâ ad caput ejus; Abner autem et populum dormientes in circuitu ejus.

8. Dixitque Abisai ad David: Conclutis Deus inimicum tuum hodiè in manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lanceâ in terrâ semel, et secundo opus non erit.

9. Et dixit David ad Abisai: Ne interficias eum; quis enim extendet manum suam in Christum Domini, et innocens erit?

10. Et dixit David: Vivit Dominus! quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies ejus venerit ut moriatur, aut in prælium descendens perierit,

11. Propitius sit mihi Dominus, ne extendam manum meam in Christum Domini. Nunc igitur tolle hastam quæ est ad caput ejus, et scyphum aque, et abeamus.

12. Tulit igitur David hastam et scyphum aque qui erat ad caput Saùl, et abierunt; et non erat quisquam qui videret et intelligeret, et evigilaret, sed omnes dormiebant, quia sopor Domini irruerat super eos.

13. Cùmque transisset David ex adverso, et stetisset in vertice montis de longè, et esset grande intervallum inter eos,

14. Clamavit David ad populum et ad Abner, filium Ner, dicens: Nonne respondebis, Abner? Et respondens Abner, ait: Quis es tu qui clamas et inquietas regem?

S. S. IX

que Saùl dormait dans sa tente, et tous ses gens autour de lui,

6. Il dit à Achimelech, Héthéen, et à Abisai, fils de Sarvia, frère de Joab: Qui veut venir avec moi dans le camp de Saùl? Abisai lui dit: J'irai avec vous.

7. David et Abisai allèrent donc la nuit parmi les gens de Saùl, et trouvèrent Saùl couché et dormant dans sa tente; sa lance était à son chevet, fichée en terre; et Abner et tous ses gens dormaient autour de lui.

8. Alors Abisai dit à David: Dieu vous livre aujourd'hui votre ennemi entre les mains; je vais donc avec ma lance le percer jusqu'en terre d'un seul coup, et il n'en faudra point un second.

9. David répondit à Abisai: Ne le tuez point; car qui étendra la main sur l'oint du Seigneur, et sera innocent?

10. Et il ajouta: Vive le Seigneur! à moins que le Seigneur ne frappe lui-même Saùl, ou que le jour de sa mort n'arrive, ou qu'il ne soit tué dans une bataille, il ne mourra point.

11. Dieu me garde de porter la main sur l'oint du Seigneur! Prenez seulement sa lance qui est à son chevet et sa coupe, et allouons-nous-en.

12. David prit donc la lance et la coupe qui était au chevet de Saùl, et ils s'en allèrent. Il n'y eut personne qui les vit et sût ce qui se passait, ou qui s'éveillât; mais tous dormaient, parce que le Seigneur les avait assoupis d'un profond sommeil.

13. David étant passé de l'autre côté, s'arrêta sur le haut d'une montagne qui était fort loin, y ayant un grand intervalle entre lui et le camp;

14. Il appela de là à haute voix les gens de Saùl, et Abner, fils de Ner, et lui cria: Abner, ne répondrez-vous donc point? Abner lui répondit: Qui êtes-vous, vous qui criez de la sorte, et troublez le repos du roi?

15. Et ait David ad Abner : Numquid non vir tu es? et quis altus similis tui in Israel? quare ergo non custodisti dominum tuum regem? ingressus est enim uas de turbâ ut interficeret regem dominum tuum.

16. Non est bonum hoc quod fecisti. Vivit Dominus! quoniam filii mortis estis vos qui non custodistis dominum vestrum, christum Domini. Nunc ergo vide ubi sit hasta regis, et ubi sit scyphus aquæ qui erat ad caput ejus.

17. Cognovit autem Saül vocem David, et dixit : Numquid vox hæc tua, fili mi David! Et ait David : Vox mea, domine mi rex.

18. Et ait : Quam ob causam dominus meus persequitur servum suum? quid feci? aut quod est malum in manu meâ?

19. Nunc ergo audi, oro, domine mi rex, verba servi tui : Si Dominus incitat te adversum me, odoretur sacrificium; si autem filii hominum, maledicti sunt in conspectu Domini, qui ejecerunt me hodie ut non habitem in hereditate Domini, dicentes : Vade, servi diis alienis.

20. Et nunc non effundatur sanguis meus in terram coram Domino, quia egressus est rex Israel ut quærat pulicem unum, sicut persequitur perdix in montibus.

21. Et ait Saül : Peccavi : revertere, fili mi David; nequaquam enim ultra tibi malefaciam, eò quod pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie; apparet enim quòd sultè egerim, et ignoraverim multa nimis.

22. Et respondens David ait : Ecce hasta regis; transeat unus de pueris regis, et tollat eam.

23. Dominus autem retribuet unicuique secundum justitiam suam et fidem; tradidit enim te Dominus hodie in manum meam, et nolui extendere manum meam in christum Domini.

15. David lui dit : N'êtes-vous pas un brave homme? et y a-t-il quelqu'un dans Israël qui vous vaille? Comment donc n'avez-vous pas gardé le roi votre seigneur? car il est venu quelqu'un d'entre le peuple pour tuer le roi votre seigneur.

16. Ce n'est pas là bien faire votre devoir, Vive le Seigneur! vous méritiez la mort, vous autres, qui avez si mal gardé votre maître, qui est l'oint du Seigneur. Voyez donc maintenant où est la lance du roi, et la coupe qui était à son chevet.

17. Saül reconnut la voix de David, et lui dit : N'est-ce pas là votre voix que j'entends, mon fils David? David lui dit : C'est ma voix, mon seigneur et mon roi.

18. Et il ajouta : Pourquoi mon seigneur persécute-t-il son serviteur? Qu'ai-je fait? de quel mal ma main est-elle souillée?

19. Mon seigneur et mon roi, souffrez que votre serviteur vous dise cette parole : Si c'est le Seigneur qui vous pousse contre moi, qu'il repoussé l'odeur du sacrifice; mais si ce sont les hommes, ils sont maudits devant le Seigneur de me chasser ainsi aujourd'hui de son héritage, afin que je n'y habite point, en me disant : Allez, servez les dieux étrangers parmi les nations qui les adorent.

20. Que mon sang donc ne soit point répandu sur la terre à la vue du Seigneur. Et fallait-il que le roi d'Israël se mit en campagne pour courir après une puce, comme on court par les montagnes après une perdrix?

21. Saül lui répondit : J'ai péché; revenez, mon fils David; je ne vous ferai plus de mal à l'avenir, puisque ma vie a été aujourd'hui précieuse devant vos yeux; car il paraît que j'ai agi comme un insensé, et que j'ai été mal informé de beaucoup de choses.

22. David dit ensuite : Voici la lance du roi; que l'un de ses gens passe ici, et qu'il l'emporte.

23. Au reste, le Seigneur rendra à chacun selon sa justice et selon sa fidélité; car il vous a livré aujourd'hui entre mes mains, et je n'ai point voulu porter la main sur l'oint du Seigneur.

24. Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis sic magnificetur anima mea in oculis Domini, et liberet me de omni angustia.

25. Ait ergo Saül ad David : Benedictus tu, fili mi David; et quidem faciens facies, et potens poteris. Abiit autem David in viam suam, et Saül reversus est in locum suum.

COMMENTARIUM.

VERS. 4. — ET VENERUNT ZIPHAI AD SAUL IN GABAA. Facile nosse poterunt Ziphæi adhuc Saulem esse male in Davidem animatum, quando abductam ab illius thalamo filiam alieno tradidisset, quod in toto regno non potuit esse, propter rei ipsius gravitatem et naturam, non manifestum. Quare quod antea fecerunt, iterum nunc agrediuntur. Docent igitur regem in colle Hachila suum sibi commilitonibus periculum posuisse Davidem. Quam occasionem perire noluit Saül, et assumptis ex Israelis præcipuo robore tribus hominum milibus, eò se quam celerimè contulit, et castra non longè à Davidis statione metatus est.

IN GABAA HACHILA (1). Idem est *Gabaa Hachila*, quod collis Hachila; Gabaa enim idem est, quod collis, ut pluribus ostendimus cap. 7, in principio, ad illud v. 1: *In domum Aminadab in Gabaa.*

VERS. 5. — VIDENS AUTEM QUOD VENISSET SAUL. Non potest diu celari principum incessus, cum sine magno tumultu ac strepitu fieri non possit. Quare accepit David sive à rumore incerto, sive à nuntio ab amicis occultè destituto appulisse Saulem ad illum locum, qui proximus erat ipsius lathris; quod ubi per exploratores certum esse cognovit, ipse clam ingressus castra, observavit diligenter locum, ubi regium erat tentorium. Reversus igitur ad suos, duos elegit socios, quos ad opus, quod destinabat animo, secum adduceret. Cumque aliis dormientibus, ad Saülis tentorium accessissent, invenerunt illum decubentem, et profundo quodam sopore captum, qualis reliquam etiam multitudinem occuparat. Erat autem ad ejus caput hasta delixa, quia, ut supra vidimus, erat

(1) Collis hujus situs ignoratur, sed à Ziph non procul constituendus est. Docet Scriptura, fuisse illum ex *adverso solitudinis*, vel ad *dexteram deserti*, forte *Ziph*, cum hic Ziphæi loquantur. Hebraus et Septuaginta: Ad dexteram *Jesimon*.

24. Comme donc votre âme a été aujourd'hui précieuse devant mes yeux, qu'ainsi mon âme soit précieuse devant les yeux du Seigneur, et qu'il me délivre de toute angoisse.

25. Saül répondit à David : Béni soyez-vous, mon fils David; vous réussirez certainement dans vos entreprises, et votre puissance sera grande. David ensuite s'en alla, et Saül s'en retourna chez lui.

regis dignitatis insigne, et eà fortassè notâ significabatur regium illum esse tabernaculum. Cùmque Abisai, alter è duobus, quos sibi David ad nocturnum illud opus socios assumpserat, cerneret in eo rem esse statu, ut facile res tota uno tantum ictu posset absolvi, licere sibi petiti à David, ut regem occidat, et semel, et toties intenta à rege pericula declinet, Negat David pollendas esse regio sanguine sacrilegas manus, neque facis esse, ut qui sacro est oco delibutus, excipiat ferrum à quoquam è suo contubernio; neque defuturos esse causas, quæ illum possint regno ac spiritu privare: esse enim Deum injuriarum vindicem, qui causam tuetur et ulciscitur innocentium; esse naturalem aliquam vim, que mortalem naturam moti tradat; neque defuturos alios hostes, qui Hebræorum fines assidue populantur et turbant: si ab his illi mors afferatur, ferendum esse; nullo verò modo à se, vel à suis regio corpori afferendam esse vim (1).

(1) VERS. 4. — QUOD ILLE VENISSET CERTISIME. Heb. *Quod venisset ad certum locum*. Certior primò factus est, Saulem iter ad sese querendum suscepisse; tum per submissos viros explorasse certum, ubi versabatur, locum. Septuaginta: *Vidit David, quia venit Saül post se in desertum*. Chaldaeus: *Vidit quia venit Saül verè*. Reddunt quidam: *Quia venerat ad aliquid certum præstantium*. Hanc eandem vocem supra, 25, 25, auctor Vulgatae ita reddidit: *Revertimini ad me ad rem certam.*

(2) VERS. 5. — CUMQUE VIDISSET... SAULEM DOMINEM IN TENTORIO, seu potius dormire putasset, neque enim certò id nosse poterat, cum in castra nondum venisset. Quæ Hebræa vox vertitur hic *tentorium*, significare poterat currum; nec abs re credimus, Saulem instructum fuisse lecto curru Arabibus et ceteris aliis populis erraticam vitam agentibus familiari. Justinus libro 1 de Scythiis; et Uxores liberosque e secum in plaustris vehunt, quibus corporis imbrum hiemisque causa tectis, pro domibus et utuntur. Septuaginta exponunt pariter de plaustro, vel de *lampene*; quod annos favee lampene, vel tentorio gestatorio, illud est, quod Saül cubuerit, delixa humi et ad caput

VERS. 12. — TULIT Igitur DAVID HASTAM ET SCYPHUM. Quoadmodum prius aliquid ex Saulis shalyam de sustulerat, quò suæ vitæ periculum, et hostis sui clementiam atque observantiam

lectuli hastâ : quod vix ac ne vix quidem de plastro intelligi potest. Vertunt alii : *Sauil dormiebat intra septa castrorum*. Censent illi, totum vallum ambitisse disposita circum plaustra et impediementa, et in centro hujus septi Saulis tentorium constitutum fuisse. Aquila : *Ev σπηλαιόθεν, In rotunditate. Lucifer Calaritanus apud Nobilius : In stragulis pretiosis.*

(Calmet.)
VERS. 6. — ACHIMELECH HETHLEEM. Quis iste fuerit Achimelech, ignoratur. Facile vir erat Judæus, idcirco fortè Hebraeus appellatus, quòd apud Hebraeos degeret, uti Caleb Cinæus dicitur; sive Hebraeam originem referens, ad Judæorum sacra transisset. Absai filius erat Sarviae sororis Davidis, in cujus aula primas deinceps adeptus est, et parti copiarum ipsis præfuit. Appellatur semper *filius Sarviae*; patris nomen ignoratur. (Calmet.)

David dit à Absai : Qui veut venir avec moi dans le camp de Saul ? et ils trouverent Saul dormant dans sa tente. David nous donne encore une fois, dans ce chapitre, un exemple parfait de l'amour sincère que nous devons avoir pour nos ennemis. Car ce n'est pas les aimer comme il faut que de se vaincre soi-même en quelque occasion passagère, et leur témoigner de l'affection ; quoique plusieurs s'estimeraient déjà beaucoup s'ils en étaient venus là. Dieu veut que nous ayons un fonds de douceur et de tendresse à leur égard, comme David, et une préparation de cœur pour leur faire du bien, qui se découvre aussitôt que l'occasion s'en présente. Il veut que nous conservions cette disposition envers eux, lors même que nous avons reconnu, comme David, que cette modération est inutile pour gagner leur cœur, et qu'ils demeurent aussi durs après des témoignages si sensibles de notre amour, qu'ils l'étaient auparavant.

Nous devons donc imiter en quelque sorte nos ennemis, en faisant le contraire de ce qu'ils font. Et comme ils sont opiniâtres dans la haine qu'ils ont contre nous, malgré toutes les raisons qui les obligeraient de l'étouffer, nous devons aussi être opiniâtres en quelque sorte dans l'amour que nous avons pour eux, *perinacità fidei*, dit saint Cyprien, en surmontant l'aversion qu'ils nourrissent contre nous, par la bonne volonté que nous conserverons toujours pour leur personne, selon la parole de saint Paul : *Ne vous laissez pas vaincre par le mal ; mais surmontez le mal par le bien.*

Saint Grégoire ne peut s'empêcher de gémir, et il nous apprend à gémir avec lui, lorsqu'il fait réflexion sur cette histoire. Il déplore l'enchantement qui se trouve dans les prospérités de cette vie, et il plaint l'aveuglement des hommes, qui en craignent tous les maux, quoiqu'ils nous soient si avantageux pour notre salut. *David affligé et persécuté*, dit-il, fait ce paraître une tendresse incroyable pour ses ennemis. Et lorsqu'il sera paisible dans son royaume, il fera mourir cruellement un homme admirable, qui le servait avec un

cognosceret, sic etiam nunc è Saulis tentorio hastam et scyphum sustulit David, ut ab illo iterum suam servatam esse vitam aperte cognosceret. *Hasta*, ut diximus, regium erat in-

« courage invincible, et qui exposait tous les jours sa vie pour lui donner des preuves de sa fidélité et de son zèle. »

(Sacy.)

VERS. 9. — QUIS EXTENDET MANUM SUAM IN CHRISTUM DOMINI, ET INNOCENS ERIT ? In Saulen, principem licet iniquum, quem etiam merito execerari poterat David, nefas tamen David ipse repulavit manus injicere violentas, privatus nempe in regem. Maxime observanda semper est principum auctoritas, et regis persona habenda est inviolabilis, quamvis à tyranno, usurpatore, injusto, et viro Saulis moribus simili, geratur. Erga reges suos tanto obsequio teneantur Orientales, ut juvenibus illis caeco modo pareant, nihique apud illos raritas occurrat, quam defectiones et caedes regum, quarum crebra adeo exempla in historia Romanâ, Anglicâ et Gallicâ suppetunt. (Calmet.)

Moraliter, discite hic à Davide, quam prelatos et principes etiam improbos et nobis adversantes revereri debeamus, quasi *Christos Domini*, nec eos verbo, multo minus verbere ledere. Rursum quantoperè Deus eos quos parat ad magna, ut alios regant, exerceat adversitatibus et persecutionibus. Sic enim per Saulen exercuit Davidem, ut ejus virtutem acueret, dignumque regno efficeret. Quare hæc persecutiones Saulis non fuerunt aliud Davidi quam excretiones, preparationes et dispositiones ad regnum, idcirco Saul agnovit dicens v. 13 : *Faciens facies, et potens poteris*. Simili modo solent principes, episcopi, rectores subditos quos ad regimen parant, variis gravibusque imperiis, oneribus, increpationibus, mortificationibus exercere, ut eorum virtutem probent, augent, perficiant, utque ipsi discant in regimine subditis compati. Nemo enim rectè imperat, nisi qui rectè patet. Nemo sentit jugum obedientie quod aliis imponit, nisi qui prius illud subit et expertus est, qui enim illud non subit, imperiosè regit et dominatur in clericis, ait S. Petrus. *Ributes vinum in phialis, et optimo unguento delibuit*, inquit Amos c. 6, 6, et nihil patiebantur super contritione Joseph. (Corn. à Lap.)

VERS. 10. — VIVIT DOMINUS... NISI DIES EUS VENERIT; supple, nunquam in animum inducam, ut vitam illi adimam. *Dies ejus* est dies obitus naturalis. Usurpari solet, hominem obire ante diem suum, non absolvere dies suos, non complere dimidium diem suorum, ut acerba cujuspiam mors innatur. Animadvertit non semel S. Joannes Evangelista, Jesum Christum captum non fuisse ab Judæis, quia *novitiam venerat hora ejus*. (Calmet.)

VERS. 11. — SCYPHUM AQVE. Hebræus ad litteram : *Vas aquæ potabilis*, ut se pro more ferventium regionum refrigeraret, vel lotionem purgaret. Vox originalis usurpat de vase, ubi aqua, vel oleum continetur. Sunt qui in dicitur his verbis credant vas, ubi venter exoneratur; quod inutile prostris erat in castro.

signe, sicut aliis sceptrum. De *scypho* multa meditantur interpretes. Quidam metallum esse putant, id est, vas, quod urinam excipit. Et quidem urinam aquam appellari apud Hebræos, res est nota, ut nos pluribus ostendimus ad illud Ezech. 7 : *Omnia genua fluent aquis*, Et Jerem. 9 : *Quis dabit capiti meo aquam ?* Existimare præterea aliquis posset, hoc pertinere ad genus aliquod purificationis. Satis enim notum est purificationem, id est, lotionem, Judæis esse valde familiarem, quia faciliè existimabant maculam contrahi contactu rei etiam naturæ non immundæ. Quare, ut constat ex Joan. cap. 2, hydrias habebant in privatis domibus, quibus se ab omni mundantio labe. Quod etiam faciebant, si quid in somnis accideret impurum. Quare in nocte sæpè lavabantur, quia huic immunditiæ nox erat magis opportuna. Ita Clemens Alexandrinus, lib. 4 Strom. cap. 7 : « Hic erat mos Judæorum, ut etiam sæpè in lecto tingerentur. » Quapropter mirum non est, si rex, qui aliis eâ in re exemplo esse debuit, scyphum habet paratum ad illud familiare ac frequens purgationis genus.

Ego scyphum ad Saulis caput fuisse puto, ad sedandum sitim, aut ad ardorem, qui ex æstu, laboreque concipitur, refrigerandum. Soleo enim noctu sitis, et calor urere eos, qui sunt in viâ, præsertim æstuosâ, qualis illa fuit, quia in tempus incidit, quo tenduntur oves, quod non procul distat à tempore messis. Dicitur autem *scyphus aquæ*, quia in illo aqua portabatur; quod nomen, ut reor, non amisisset, etiamsi vinum, aut aliquid aliud poculentum portaret. Ut enim in pane, ex Hebræorum idiomate, quodcumque esculentum, sic in aquâ quodcumque poculentum intelligitur. Sanè in Hebræorum mensis sæpè panis et aquæ nomen tantum auditur, cum tamen fercula sint, et pocula diversa. Lib. 1 Reg. cap. 15, sæpius auditur panis, et aqua, cum tamen verisimile sit, aliquid præter aquam, et panem adhibuit fuisse ad mensam. Quis enim credit à propheta

Alii subtilius rem hic esse credunt de clepsydra, vel horologio-aquatili, quasi scilicet jam tum in belli usum obtineret.

Præstò erat Saulis scyphus plenus aquâ ad caput lecti positus. Mos obtinet apud magnates Turcas, ut nunquam itineri se committant, quin nec deambulent oblectamenti gratiâ absque præcedenti phialâ aquæ puræ ad potum paratæ, quod inter necessaria viatica ponunt. Derivæ Anecd. Poloniae tom. 4, p. 360; inter munera legalis Holstein data, plena aquâ lagena non deerat. Hin. Moschov. in Persidem tom. 4, p. 360. (Calmet.)

tâ viro Dei, quem ad mensam hospitalem adduxerat, aquam tantum, et panem fuisse porrectum ? Isaiæ cap. 5 : *Auferam à Jerusalem omne robur panis, et omne robur aquæ*. Et 4 Reg. 6 : *Pone panem et aquam coram eis, ut comedant et bibant*. Et stamin indicatur aliquid esse appositum præter panem et aquam : *Appositæque est eis ciborum magna preparatio*. Hæc nihil verisimilia sunt; nihilominus eò magis inclinat animus, ut patem in regio scypho aquam esse tantum, quia id sonat littera, et aqua eo loco ac tempore plures habuit usus, quam vinum.

OMNES DORMIERANT, quia SOPOR DOMINI IRURET SUPER EOS. In tantâ multitudine nemo fuit in Saulis castris, quem non occupaverit profundus sopor. Dominus enim, qui Davidis causam et vitam ab iniquo et barbaro rege tenebatur, somnum immisit usque adeò altum, ut eò quasi sepulti, quotquot erant in acie, nihil, aut parùm distarent à morte. Sopor Domini aut idè dicitur, quia inclusus à Deo, aut quia gravis fuit; quæ enim in quolibet genere magna sunt, illa Dei esse specie proverbialia dicuntur (1).

VERS. 14. — CLAMAVIT DAVID AD POPULUM, ET AD ABNER. Discessit David cum hastâ et scypho, id est, cum suæ innocentie ac fidelitatis testimonio. Cum inde procul in locum sublimem et tutum ascendisset, unde si quid eâ nocte Saul contra moliretur adversum, paratum haberet effugium, hanc ad populum, sed præcipuè ad Abner militia principem habuit orationem : *Ecquid, o Abner, habes, quod pro te ad objecta peridiæ crimina respondeas ?*

(1) VERS. 15. — CUMQUE TRANSSISSET DAVID EX ADVERSO ET STETISSET IN VERTICE MONTIS DE LONGE. Prudenter id fecit David, ne si in castris Saulis mansisset, ab aliquo militum ejus occideretur. Secessit ergo in montem, ut fugere posset si quis eum insecutus fuisset, ut eminus è monte clamans per tota Saulis castra monti subjecta audiretur. Vide hic et David in omnes formas se transformet, ad Saulen placandum, sanandum et salvandum. Verè Comicus : *Illud vitium est sapere, si vitiumque opus sit animum possis flectere.*

Alleg. Eucherius : « Venit, ait, David, id est, Christus ad Judæos hostes suos dormientes in suâ infidelitate; non eos occidit, sed tulit ab eis scyphum aquæ, id est, gratiam legis; tulit et sceptrum regale, rege qui scilicet potestatem, quam pro magno e habebat, et unde se protegabant temporarie, et quam adversus Deum per incredulitatem gerebant. Deinde victor noster David de castris coram regressus, transcendit in altitudinem montis colorum. » (Corn. à Lap.)

Cumque Abner nomen illius, cuius accusabatur voce, audire studeat, et quod dormienti regi obstreperet, increparet, respondit David, dignos esse morte omnes quotquot essent in castris, quia pro regis capite fideles excubias non egerant; sed præcipue Abner, quia cum vir esset militis princeps, et vir fortissimus, cui credita fuerat et salus publica, et regii corporis vigilans ac fida custodia, minus tamen fideliter datas sibi partes obliisset, cum ingredi potuerit ad regis usque tabernaculum unus è turbâ, ut regem occideret, quod quidem per regii capitibus custodes perficere tuto ac facile potuit, cum hi illius audaciam neque latus opposuissent suum, quod facere debebant, neque ulum dedissent fidelis animi testimonium. Ut autem hoc fieri potuisset, imò et fuisse factum ostendat, jubet Abner, ut videatur, an è regio tabernaculo sublata sit aliquid, et ubi sit hasta regis dignitatis insigne, et scyphus aquae, qui ad regis caput erat, et inde intelligat eodem modo regium caput ab humeris tolli potuisse, quo illa à tabernaculo, et ab ipso propè capite regis sublata sunt.

VERS. 15. — INGRESSUS EST ENIM UNUS DE TURBA, UT INTERFICERET REGEM. Licet non eo animo ingressus fuerit David, ut Sathlem occideret, nihil tamen commentus est falsum, quia reverè Abisai occidisset regem, nisi ab eo conatu foret à Davide prohibitus. Aut certe ibi subaudienda est conditionalis aliqua particula, sicut in Scripturâ sæpè, in hunc sensum: Si aliquis è turbâ vellet regem occidere, fecisset hoc facili, cum ex tanto numero nemo vigilaret. Ita Abulensis, quæst. 19, dum sic explicat: « Potuit ingredi aliquis de turbâ, ut interficeret regem. » Et in eundem sensum translulit hispanica translatio: *Pudiera venir alguno de el pueblo*. Et quidem à domestic quoque principum caput custodiendum est, cum hi etiam interdum non minus sint infensi, quam externi, maxime cum duro sunt ingenio, et in subditos hostiliter affecti. Neque mihi dubium est plurimos in castris magis esse in Davidem quam in Sathlem affectos, qui illum vivere ac vigere, hunc autem extinctum esse cuperent (1).

(1) VERS. 16. — FILII MORTIS ESTIS VOS QUI NON CUSTODISTIS DOMINUM VESTRUM. Erant custodes hi dormientes excusabiles et extra culpam, quia vigilare non erat in eorum potestate et libertate. Nam Deus sopore immisso cogebat eos dormire, ut dicitur est v. 12. David autem vocat eos filios, id est, reos mortis, quia actus hic dormiendi secundum se specta-

VERS. 17. — NON QUID VOX HEC TUA FILI MI DAVID? Ad vocem David, qui procul, et Abner, qui propè loquebatur, exprofectus est Saul, et subito à seipso mutatus. Qui cum humanius illum compellasset, suamque in illum benevolentiam ostendisset, suam causam apud benevolam, et ut erat eo articulo rerum species, apud iudicem non iniquum ageret; rogat quænam sit causa, quæ illius animum ad summendum de innocente supplicium tam acerbè ac pertinaciter impellat?

VERS. 19. — SI DOMINUS INCITAT TE ADVERSUM ME, ODORETUR SACRIFICIUM. Ex tribus causis provenire potuit hæc tam dura atque diuturna vexatio, ut henè Abulensis, quæst. 22. Aut quia à Deo movebatur Saul, ut Davidem tolleret de medio; aut quia eò regium animum invidiorum hominum fallaces et inimice voces impellebant; aut quia à suo sive genio, sive spiritu rex instigabatur, ut Davidem opprimeret. De hæc extremâ, licet esset omnium verissima, non loquitur David, ne regi aliquid objiciat indignum et turpe, quo regium vultum pudesciat, et ut suam in illum observationem ostendat. De primâ agit libertatis, et docet se non recusare, quominus mortem subeat, si ita de se Dominus per regem de suo capite statuatur. Quare sicut victima neque oblitans, neque clamans ad altare ducitur, sic ipse placaturus suo sanguine divinum offensorem, regio cultro non invitus jugulum submitteret, ut ex suo corpore fiat, exigente atque approbante Deo, suavissimi odoris holocaustum. Id enim esse puto, *odoretur sacrificium*. Cum enim quod Deus ab homine sacrificium exigit, gratum existimetur, sic etiam existimatur Dominus, quem accensa victima odorem exhalat, libenter excipere, et odorari suaviter. Qui dicendi modus usitatus est in Scripturâ. Sic Genes. 8. odoratus dicitur Dominus sacrificium Noe, id est, gratum habuisse sacrificium, et millies andimus sacrificium esse aut offerri Domino in odorem suavitatis. Quare nihil aliud dicit hoc loco David, quam se libenter futurum esse victimam, si Deus ita velit, et ad id Saulis animum tam urgeat vehementer.

SI AUTEM FILII HOMINUM, MALEDICTI SUNT IN CONSPECTU DOMINI. Hæc est altera causa, cur tam obstinato odio videri Saul potuit persecutus tantis damnabilis erat, dignusque morte; unde vigilas qui in castris noctu excubant, si à capitaneo dormientes inveniantur, trucidantur, quia illorum somnus creat periculum evidens totis castris, ne ab hoste invadantur et evertantur.

(Corn. à Lap.)

Davidem, quia alii ardenti Saulis animo faces admovebant; hos autem invisos esse dicit, et execrabiles Domino, quia innocentem hominem non solum ex paternâ domo, natalique solo, sed etiam ex Israelitidè terrâ abire compellunt, cum in illâ, dum regis improborum halitu ignescit furor, stabile habere domicilium aut hospitium non liceat. Ex quâ hominum invidia, orationeque malevolâ id consecutum est, ut dixisse videantur, non solum ut patrias sedes exul, sed ut patriam religionem relinquam; id enim valet quod statim subjicitur:

VADE, SERVI DEI ALIENS. Quia in finibus Israel David tutus esse non poterat, cum regum plurimi sint oculi, et manus longæ, coactus est in alienis regionibus, in quibus impia impure religionis simulacra coluntur, commorari. Quare, ut vidimus cap. 21, ad Achis abiit regem Geth, et iterum cap. 27. Fuit autem apud Moabitas, cap. 22. Cum autem Hebræorum varium esset ingenium, et modò in hanc, modò in illam, tanquam hospites, religionem diverterent, fiebat, ut ad illam se religionem applicarent, quam in honore esse videbant in illis regionibus, ad quas immigrare contigisset, Quare in Ægypto coluerunt idola, licet non indigni solum, quæ nullam apud cordatos homines honorem obtinerent, sed etiam omnino ridicula, ut nos pluribus ostendimus ad illud Ezech. cap. 16: *Fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis*. Et cap. 20, ad illud: *Et in idolis Ægypti volute pollui*. Et probat illud Josue cap. ult., v. 14: *Auferite deos, quibus servierunt patres vestri in Mesopotamiâ et in Ægypto*. Et Isaïa cap. 2: *In die illâ projiciet homo idola argenti sui, et simulacra auri sui, quæ fecerat sibi, ut adoraret talpas et vesperiliones*. Quod etiam, dum essent Babylone, Chaldeo-rum deos adoraverint, docuimus in nostris Commentariis in Ezechielem cap. 16, ad illud: *Fornicata es cum filiis Assyriorum*. Et Jerem. 16, v. 13, ad illud: *Servietis tibi diis alienis*. Et item accidit aliis, qui ad regiones alias non captivi, sed peregrini et hospites appulerunt. Psal. 105, v. 35: *Et commixti sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum, et servierunt sculptilibus eorum, et factum est illis in scandalum*. Cum autem Deus illorum cognovisset ingenium, venit, ne cum gentibus miscerent connubia, aut res haberent, rationesque communes, quia futurum videbat, ut abjura patriâ religionem, sequerentur alienam. Dum igitur hi Saulem instigant, ut Davidem persequatur, id etiam efficiunt, ut illum ad gentium regiones

excedere compellant, quibuscum sine vera religionis injuriâ, ac sine periculo abjurandæ pietatis commorari non poterat. Perinde igitur est, dicere Sauli, *persequere Davidem*, ac dicere Davidi: *Vade ad gentium fines, et illorum colo impia simulacra* (1).

(1) VERS. 19. — DAVID DIT À SAUL: SI C'EST LE SEIGNEUR QUI VOUS Pousse contre moi, qu'il repousse l'odeur du sacrifice que je lui offre. David nous fait voir admirablement par ses paroles l'humilité sage et éclairée avec laquelle les saints se sont tellement soumis à l'ordre de Dieu, qui les châtiât dans les persécutions qu'on leur a suscitées, qu'ils n'ont pas laissé de découvrir l'injustice et la violence de ceux qui ne travaillaient qu'à les opprimer. Il reconnaît que c'est Dieu qui est la première cause de ce qu'il souffre. Il adore cette main souveraine qui le frappe, non comme un juge qui punit un criminel, mais comme un médecin qui veut guérir son malade, et il le prie de recevoir cette douceur avec laquelle il épargne son plus grand ennemi, et toute patience invincible qu'il conserve dans ces ses maux, comme un sacrifice d'agréable odeur. Mais en même temps il s'élève avec force contre ceux qui lui rendaient de mauvais offices auprès de ce prince, qui donnaient des interprétations malignes à ses actions les plus innocentes, et qui, au lieu d'adorer la mauvaise volonté que Saul avait conçue contre lui, s'efforçaient au contraire, de l'agrir et de l'envieimer de plus en plus. Si ce sont les hommes, dit-il, qui vous irritent contre moi, ils sont maudits devant Dieu, de me chasser ainsi aujourd'hui de l'héritage du Seigneur, afin que je n'y habite point, en me disant: Allez, servez ces dieux étrangers. Ces persécuteurs de David ne lui disaient pas de bouche ces mêmes paroles; mais ils les lui disaient par leurs actions, en le contraignant en effet, autant qu'il était en leur pouvoir, d'aller servir les dieux étrangers, puisque, le haïssant, par la persécution qu'ils lui suscitaient, de toutes les terres du peuple de Dieu, ils le forçaient, en cette extrémité où ils l'avaient réduit, d'aller chercher sa sûreté parmi les Philistins et les idolâtres. Car la jalousie que Saul et ceux qui flattaient sa passion avaient formée contre David était si injuste et si furieuse, qu'ils auraient été ravis qu'il eût abandonné aussi bien le culte que le peuple du vrai Dieu, et qu'il eût été déshonoré publiquement comme un apostat et un adorateur des idoles.

C'est ce qui a paru quelquefois en l'Eglise même dans la haine que des personnes injustes ont conçue contre les saints. On les a retranchés de la communion des fidèles; on les a déchirés comme s'ils eussent été les ennemis de la vérité, et on a souhaité qu'ils se fussent joints dans le parti des hérétiques, par la même passion qui les avait fait déserter publiquement comme les partisans de l'erreur et de l'hérésie. Tant il est vrai qu'il n'y a rien de si injuste ni de si cruel que l'envie, depuis qu'elle s'est une fois emparée du cœur des hommes. Il n'y a point de vérité si sainte qu'elle ne soit prête à violer, pour détraire la réputation de celui qui est l'objet de sa haine. Elle lui impose

VERS. 20. — ET NUNC NON EFFUNDATUR SANGUIS MEUS IN TERRAM CORAM DOMINO. Videtur David significasse, non incitari à Domino Saül, sed ab hominibus invidis, qui Davidis ipsius extinctam gloriam cupiunt, aut veris, licet ipse honoris gratiã taceat, à seipso, instigante invidia, et urgente diabolo. Quare orat, ne suus effundatur sanguis in terram, sicut victimæ, quæ coram Domino ad aram immolatur. Illud in terram proverbialiter figurâ aliquid indicat inutile, id est, ex quo nullus provenit fructus. Quod etiam Latinus eadem dicendi formâ significat. Sic sanè Cicero lib. 9. Epist. ultimâ. Vide plura supra cap. 3, ad illud: *Et non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram.*

Et hinc significationi accommodatè subjungitur:

QUIA EGRESSUS EST REX ISRAEL, ET QUÆRAT PULICEM INCI, SICUT PERSEQUITUR PERDIX IN MONTIBUS. Verè in terram deflueret sanguis David, quia neque fuisset effundenti Saüli usui, neque gloriæ. Non magis, quàm si rex tantum unum captaret pulicem, et in re tantulâ tantum otii viriumque consumeret. Quod paulo ante dixerat, cap. 24, v. 15: *Quem persequeris, rex Israel? canem mortuum, et pulicem unum.* Aut certè persequitur, sicut anceps perdicem sequitur, avem innoxiam, facitque illam pavitantem et fessam in montibus errare. Ubi David cum prius seipsum comparatione culicis extenuaret, nunc suum angorem et metum perdicis similitudine significat. Illud, *persequitur*, passivè hoc loco ponitur, cum tamen activam potius significationem habeat. Neque est, cur ideò fastidiosi quidam grammatici plus satis suo indulgentes genio, ne dicam ingenio, nostrum interpretem reprehendant, quòd abusus fuerit vi significationeque vocabuli. Ut enim observavit optimè Serarius super cap. 2 Judith, ad illud: *Prædavit omnes filios Tharsis*; hoc etiam in verbis deponentibus fecerunt antiqui, neque ideò à posteris sunt improbatî. Dixit apud Nonium Ennius, *criminas; Accius, miserarent, et, contempna; Turpillius, proficisceret*; Pacuvius, *moderant*. Sic apud alios ait inveniri, *miro, osculo, tuto, populo, perseruto*, et plura alia, quæ longum esset numerare. Quæ voces in terminatione passivâ passivam quoque significationem videntur habuisse. Neque majorem licentiam assumpsit de faux crimes; elle lui en souhaite de véritables; elle ne craint ni les menaces de Dieu, ni les jugemens des hommes; et elle efface du cœur de celui qui en est possédé, tous les sentimens, non seulement du christianisme, mais même de l'humanité et de la raison. (Sacy.)

sibi noster interpres, quàm in aliis etiam verborum aut significationibus, aut formis assumpserunt antiqui.

VERS. 21. — ET AIT SAÛL: PECCATI REVERTERE, FILI MI DAVID. Compunctus Saül tam modestè et gravi Davidis oratione, ab errore simul ac furore respicit. Quare suum primum peccatum confitetur, et quem hostem prius appellarat, filium compellat, et ut ad antiquum locum et ordinem revertatur invitât, promittitque depositum se cum errore animi priorem, neque unquam admissurum, ut aliquid meritò à regiâ potentia et offensione timere possit, cum jam semel atque iteram reipsâ cognoverit, debere se David vitam suam, quam tuto et faciliè potuisset adimere: unde etiam intellexerit, quanto in errore versatus sit, et quàm aliena susceperit ab humanitate et à prudenti ratione consilia.

VERS. 22. — ECCE HASTA REGIS, TRASSEAT UNUS DE PUEBIS REGIS. Ad hæc David cum obtulisset, quam in fidei suæ testimonium abstraherat hastam, quod prius oratione significaverat simplici, interpositâ jurisjurandi religione confirmat. Judicem enim implorat, testaturque Deum, ut talem se utrilibet eorum præbeat, qualem alter in alterum æquitatem fidemque præstiterit; et tanti faciat Deus ipsius vitam, quanti ipse fecit vitam Saülis, cui non permisit nocere quemquam, cum tamen multorum in illum incitaretur furor: et liberet ipsum ab omni vexatione, vitæque periculo, sicut ipse Saülis vitam ab imminente jam morte liberavit (1).

VERS. 25. — ET QUIDEM FACIENS FACIES, ET POTENS POTENS. Ex Davidis clementia et fide in regem suum, presagit quodammodo Saül, quis illum in eo, quod erit vite reliquum, exitus

(1) VERS. 25. — DOMINUS RETRIPIET UNICUIQUE SECUNDUM JUSTITIAM SUAM ET FIDEM. Nunquam non justus est Deus, fidelis, sincerus, æquus, sive cum præmia largitur, sive cum poenas infligit. Vel potius: Deus præmia sua ac poenas hominum meritis aptat; nunquam non illorum justitiæ et inconstantia in bono rationem habet. (Châmet.)

VERS. 24. — ET SICUT MAGNIFICATA EST ANIMA TUA HODIE IN OCLIS MEIS, QUASI DICAT: SICUT VITA TUA MAGNÔ ESTIMATA FUIT MIHI, UT ILLAM TANGERE ET LÆDERE NOLERIM, CUM ILLAM HABEREM IN MANU ET POTESTATE MEÂ, SIC MAGNIFICATUR ANIMA MEA IN OCLIS DOMINI, UT DEUS HANC MEÂ CLEMENTIÂ CONGRUAM MERCEDEM ET TALIENAM REPENDAT, ET VITAM MEAM CONTRA TUAS TUOQUE ET HOSTIUM CÆTERORUM INSIDIAS ILLISSAM CONSERVET, ITAQVE OSTENDAT SE CUM VALDÈ ESTIMARE ET MAGNIFICERE, ET LIBERET ME DE OMNI ANGSTIÂ. (Corn. à Lap.)

maneant. Et quasi Dei, à quo David suæ fidei atque æquitatis iudicium ac testimonium optaverat, vocem assumeret, respondit talia, quæ à Deo summo iudice ac teste sperari poterant, et quæ postea satis cumulâtè confirmavit eventus. Illa porò ejusdem vocis gemi-

CAPUT XXVII.

1. Et ait David in corde suo: Aliquando incidam unâ die in manus Saül; nonne melius est ut fugiam, et salver in terrâ Philistinorum, ut desperet Saül cessetque me querere in cunctis finibus Israel? fugiam ergo manus ejus.

2. Et surrexit David, et abiit ipse et sexcenti viri cum eo ad Achis filium Maoch, regem Geth.

3. Et habitavit David cum Achis in Geth, ipse et viri ejus (vir et domus ejus), et David et duæ uxores ejus, Achinoam Jezraelitis, et Abigail uxor Nabal Carmeli.

4. Et nuntiatum est Saüli quòd fugisset David in Geth, et non addidit ultra querere eum.

5. Dixit autem David ad Achis: Si inveni gratiam in oculis tuis, detur mihi locus in unâ urbium regionis hujus ut habitem ibi; cur enim manet servus tuus in civitate regis tecum?

6. Dedit itaque ei Achis in die illâ Siceleg; propter quam causam facta est Siceleg regum Juda usque in diem hanc.

7. Fuit autem numerus dierum quibus habitavit David in regione Philistinorum, quatuor mensium.

8. Et ascendit David et viri ejus, et agebant prædas de Gessuri et de Gerzi et de Amalecitis; hi enim pagi habitabantur in terrâ antiquitus, euntibus Sur usque ad terram Ægypti.

9. Et percutiebat David omnem terram, nec relinquebat viventem virum et mulierem; tollensque oves et boves et asinos et camelos et vestes revertebatur, et veniebat ad Achis.

10. Dicebat autem ei Achis: In quem

natio magnam habet epitasim. *Faciens facies*, id est, facies omnia expedit et faciliè, neque studiis tuis deerit successus. *Potens potens*, id est, potentissimus eris, in omni negotio, quod aggressus fueris, quicquid se difficultatis objecerit, superabis.

CHAPITRE XXVII.

1. Après cela David dit en lui-même: Je tomberai l'un de ces jours entre les mains de Saül. Ne vaut-il pas mieux que je m'enfue, et que je me sauve dans le pays des Philistins, afin que Saül désespère de me trouver, et qu'il cesse de me chercher, comme il fait, dans toutes les terres d'Israël? Je me retirersi donc loin de sa domination.

2. Ainsi David, après s'être assuré de la bonne disposition des Philistins à son égard, partit, et s'en alla avec ses six cents hommes chez Achis, fils de Maoch, roi de Geth.

3. Il y demeura avec ses gens, dont chacun avait sa famille; et il y amena ses deux femmes, Achinoam de Jezraël, et Abigail, qui avait été femme de Nabal du Carmel.

4. Saül fut averti que David s'était retiré à Geth, et il ne se mit plus en peine d'aller le chercher.

5. Or, David dit à Achis: Si j'ai trouvé grâce devant vos yeux, donnez-moi une des villes de ce pays où je puisse demeurer; car pourquoi votre serviteur demeure-t-il avec vous dans la ville royale?

6. Achis lui donna donc dès ce jour-là Siceleg; et c'est de cette manière que Siceleg est venue aux rois de Juda, qui la possèdent encore aujourd'hui.

7. David demeura dans les terres des Philistins pendant quatre mois.

8. Il faisait des courses avec ses gens, et pillait Gessuri, Gerzi et les Amalécites; car ces bourgs étaient autrefois habités par ces peuples, depuis le chemin de Sur jusqu'en pays d'Égypte.

9. Et, comme ces peuples étaient au nombre de ceux que Dieu avait anathématisés, il tuait tout ce qu'il rencontrait dans le pays, sans laisser en vie ni hommes ni femmes; et après qu'il avait enlevé les bœufs, les brebis, les ânes, les chameaux et les habits, il revenait trouver Achis.

10. Et lorsqu'Achis lui disait: Sur qui avez-

irruis hodie? Respondebat David : Contra meridiem Judæ; et contra meridiem Jerameel; et contra meridiem Ceni.

11. Virum et mulierem non vivificabat David nec adducebat in Geth, dicens. Ne fortè loquantur adversum nos. Hæc fecit David, et hoc erat decretum illi omnibus diebus habitavit in regione Philistinorum.

12. Credidit ergo Achis David, dicens : Multa mala operatus est contra populum suum Israel : erit igitur mihi servus sempiternus.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ET AIT DAVID IN CORDE SUO, ALIQUANDO INCIDAM UNA DIE IN MANUS SAUL (1). Satis videbatur cautum esse Davidis salutem à regis fide, si tamen in Saulle aliquid regia fides haberet firmitatis. Sed quia quam esset versatille Saulis ingenium, multiplice experientia cognoverat David, maximè cum illum invade-ret atque agitaret demon, non putavit, post orationem, quæ plena videbatur humanitatis et officii, magis se esse tutam à periculo, quam cum maxime spiritus habebat hostiles, et minacibus verbis omnia completeret. Quare statuit ad aliena se regna subducere, ad quæ non se porrigeret Saulis potentia, ut tandem eventu de-

(1) David dit en lui-même : Je tomberai entre les mains de Saul. David avait reçu de grandes assurances de la part de Dieu, qu'il le protégerait contre Saul, et qu'il l'éleverait ensuite sur le trône. Il savait qu'il avait été sacré roi. Samuel lui avait confirmé cette vérité; et cette force si extraordinaire qui venait du ciel, et qui l'avait rendu vainqueur des lions et des géants, en était un gage. Jonathan et Saül même lui avaient témoigné être persuadés de ce choix que Dieu avait fait de sa personne; et ils lui avaient dit en termes formels, qu'ils savaient très certainement qu'il serait un jour roi d'Israël. Il ne pouvait donc pas douter que la parole et le dessein de Dieu ne dût avoir son effet. Mais comme il ne savait pas de quelle manière Dieu devait exécuter cette volonté, il se croyait obligé d'agir avec prudence, afin de pourvoir à la sûreté de sa personne et de ses gens, en se mettant à couvert de la violence de Saül. Car, comme remarque très-bien saint Chrysostôme, le dessein de Dieu ne est pas que ses serviteurs demeurent oisifs, et qu'ils attendent tout du secours extraordinaire de sa providence. Il veut qu'ils se baissent dans les moyens humains, et qu'ils se servent de la raison et de la lumière de la foi, qu'il leur a donnée, pour éviter les périls qui les menacent, et pour se défendre des ennemis qui les veulent perdre.

(Sacy.)

vous couru aujourd'hui? David lui répondait : Vers la partie méridionale de Juda, vers la midi de Jérameel et le midi de Ceni.

11. Or, David ne laissait en vie ni homme ni femme, et il n'en amenait pas un à Geth, de peur, disait-il, que ces gens-là ne parlent contre nous. C'est ainsi que David se conduisait, et c'est ce qu'il avait accoutumé de faire pendant tout le temps qu'il demeura parmi les Philistins.

12. Achis se fait donc tout-à-fait à David, disant : Il a fait de grands maux à Israël, son peuple; c'est pourquoi il demeurera toujours attaché à mon service.

COMMENTARIUM.

SPERATO, à consilio illo jam pridem obstinato desisteret. Quare surrexit statim cum sexcentis viris, et profectus est ad Achis, qui tunc imperio Geth nobilium in Palestinâ civitatem obtinebat (1).

(1) VERS. 2. — ABIT AD ACHIS FILIUM MAOCH REGIS GETH. Achis appellatur filius Maacha in 3 Regum 2. 39. Ante aliquot annos receperat sese David ad Achis regem Geth; at præstantissimum vitæ discrimen non nisi simulatâ stultitiâ evitavit. Verissimum est, ad hunc eundem Achis nunc redisse Davidem, quocum post fugam suam de reditu per amicos egerit, ac securitatis sponsonem accepit. Nec ingratis auribus hæc excepit Achis, quippe qui Davidem et strennum esse per se militem, et selectissimam habere secum manum nosset; quare et re esse Philistinorum censuit, si eum virum ab hostibus ita averteret, ut pacem Ierusalem cum rege et populo suo componere vix ac ne vix quidem posset. Quod attinet ad fidem Davidis, faciliè intelligere poterat Achis futurum, ut sanctus illam erga regem sibi federe et patrocinio junctum, quam cum hoste crudelissimo ac inimico rege tueretur. Porrò Achis et David fœdus illud commodum uterque sibi ducebat; David enim sese molestiâ penitus liberabat, impediebaturque Saullem, ne sese insectari pergeret; Achis vero vires Israelis non modicè minuebat, tantum virum ad Philistinos converteret.

At enim jurare David stipularetur, et fœdus componere cum hostibus populi et religionis? Licet hæc illi absque imprudentiâ totâ credere se Philistinis? quam enim satis tutam sponsonem nancebi poterat à gente perdidit, et Judæis nunquam non infestissimâ? Quanto discrimini et se pariter et religionem objicere? Nonne pernicie id erat ac si, hæreditatis Domini abiectâ, civitatis hostium juvaret, hostium, inquam, id molientium, ut Davidem ad cultum deorum profanorum converterent, quò reditum sibi omnem præcluderet, et exitum minime reparandum pareret? Actum est de fiducia prohi Israelite in Deum, que semper in Davide excellit: quâ in re si humane politice regulas secutus dicitur, quid in illo supererit, quod virum secundum cor Dei exhibeat?

VERS. 3. — ET HABITAVIT DAVID CUM ACHIS IN GETH, IPSE, ET VIRI EJUS, VIR, ET DOMUS EJUS. Obtinuit David ab Achis Israelitarum hoste, et qui tunc, ut est valdè verisimile, aliquid in Israelitis meditabatur hostile, aliquem locum, ubi cum suis habitaret pacificè, cum tamen antea, ut vidimus cap. 21, quasi stultum oneratum conviciis excedere jussisset. Quia satis tam longâ fugâ, et tam pertinaci Saulis odio, insectationeque cognoverat, non bene inter utrumque convenire. Quare cum congregandum esset Philistinibus cum Saule, commodum putabat habere secum Davidem, de cujus in re militari virtute eximiâ, prudentiâque mirabili multa audierat, videratque, qui non inintuitu videbatur, si socius adderetur, navaturus operam. Cum autem ad illud usque tempus, qui secuti fuerant Davidem, suas alibi uxores, filios, et familiam reliquissent, quia magno pagaturis et per scopulos salebrasque penè continentis fugâ gradientibus impedimento futura videbantur, nunc jam cum stabile haberent domicilium, visum est ex usu fore, si secum uxores liberosque traderent, eum oneri jam amplius futuri non essent, et in finibus Hebræorum, si in illis fortassè relicti essent, parum essent tuti à Saulis insidiis, qui commode in uxores et filios æcerbitatis virus posset evomere, quod in illorum parentes et conjuges concepsisset. Illud enim valet, vir, et

beat? Si Dei spiritu ducente agebatur, quo jure sese discrimini deficiendi à fide objicere poterit? Profecto vix apud Achis fuit, cum solitum agendi morem plurimum mutavit; dolo enim malo usus est in Achis, qui spei plurimum in illo posuerat; privati auctoritate hostilia exerceat in Gessuri, Gerzi, et Amalectis; vires Saulis gravissimè minuit, coactâ ad se ingenti selectissimorum hominum manu; denique jungens sese copis Philistinorum, parat se in principem et in populum suum certaminum. Appendices hæc sunt consilii à Davide initi, quod nos in presenti expendimus.

Ingenio fatendum est, agrè admodum Davidem excusari in his que gessit toto eo tempore, quo apud Philistinos fuit; sed iniquum pariter est, virum damnare in rebus, quæ nec reprobat Scriptura, neque habemus undique exploratas. Profecto si David privato consilio suo, et inconsulto Domino ad Achis fugit, grande sanè discrimen religionis ac vite adivit. Quis verò credit, virum prudentem adeo et pitium, qui nihil Domino incensulo aggrediebatur, sibi in re tanti momenti defuisse, opportunisque cautionibus certò sibi prius de fide Achis non spondidisse? Alibi verò expendimus ea que hic objiciuntur de ejus simulatione, de armis in Gessuri et Gerzi motis; tum et de animi preparatione arma cum Philistinis in expeditione Israeliticâ sociandi.

(Calmet.)

domus ejus, id est, quilibet, et ejus familia. Quòd enim vir aliquando valet universale signum, et sit idem quòd quilibet, satis est notum. Et sicut alii suas secum habuerunt uxores et filios, sic etiam David eodem transtulit duas uxores Abigail et Achinoam. Sanè cap. 50, v. 3, ex Siceleg, ubi exiles illi condescerunt, adducta esse dicuntur ab Amalectis captivæ uxores, filii et filia illorum, qui nunc ad Philistinos commigrasse narratur.

VERS. 5. — DIXIT AUTEM DAVID AD ACHIS : SI INVENI GRATIAM IN OCVLIS TUIS, DETUR MIHI LOCUS IN UNA URBEUM (1). Aliquandù videtur David cum sociis in urbe regis condescisse; quod cum minùs videtur opportunum et sibi ac suis commilitonibus, eum, ut destinarent animo, prædas securè ac commode agere non possent, tum etiam uxoriibus, et liberis : nam illarum pudor non videbatur tutus à Philistinorum petulantia, et horum mores aliquid merito timeo poterant à vicinorum labere; quare oravit David ab Achis, ut suam benevolentiam, et quantum obtinisset apud ipsum gratiæ, hoc uno argumento et probaret illis, et sibi ostenderet, si una ex omnibus assignaretur civitas, ubi ipse cum suis separatus ab aliis seorsim habitaret. Quasi non decreet aut regium nomen, aut regis sedis majestatem ibi commemorari peregrinos et exules, ubi rex viveret, et regni magistratus, et proceres. Acquievit rex David postulat, dedique civitatem Siceleg, quæ quia ab his, qui erant è tribu Juda, habitata fuit, in Judæa funiculum contributa est (2).

VERS. 7. — FUIT AUTEM NUMERUS DIERUM, QUI (1) Hebræus : In una urbium agrî, ut ab urbibus maritimis, magisque frequentatis distinguatur.

(2) VERS. 6. — DEDIT EI SICELEG, urbem sitam maximè ad meridiem tribus Juda, nec longè absentem ab Horma, vel Harma, loco Israelitarum crede, iter habitum per desertum, celebri. Transitit deinde in dittonem regum Juda, successorum Davidis, sive quòd totum ejus imperium ac jus in illum translatum fuerit, sive quòd cum illam haberet, cum belum Philistinos inter et Israelitas coeptum est, Israelite ea retinuerit, que hactenus ipse possidebat. Militari enim lege sanctum est, ut totum in his rerum eventibus quis tenet, hæc deinceps possideat.

Siceleg primum quidem tribui Juda assignata, deinde transitit ad Simeontis. Sed Philistinis denique cedens, illis ad Davidem usque parvit. Tunc tribui Juda reddita est. Quod autem hic addit scriptor, urbem hæc ad statum usque suam regibus Juda paruisse, id probat vixisse illum diu post Samuelem, qui diem jam obierat, cum hæc acciderent.

(Calmet.)

BUS HABITAVIT DAVID IN REGIONE PHILISTHINORUM, QUATOR MENSIVM (1). Modus dicendi observandus est. Ubi Vulgatus, *numerus dierum quator mensium*, Hebraicè est: *Dies et quator*

Achis donna à David Siceleg pour sa demeure. Il est marqué dans les Paralipomènes que lorsque David était à Siceleg, plusieurs vailants hommes qui devaient être plus attachés que les autres aux intérêts de Saül, étant comme lui de la tribu de Benjamin, vinrent se rendre à David, Dieu donnait ainsi à David de temps en temps des marques de sa protection, et du respect qu'il imprimait dans le cœur des autres pour son mérite et pour sa personne, parmi les traverses de ce misérable état où la haine de Saül l'avait réduit.

Car c'est ainsi qu'il a accoutumé d'agir envers les saints, selon la remarque de saint Chrysostôme, « il ne les laisse pas toujours ni dans les périls ni dans l'assurance; mais il console les consolations avec les peines qu'ils souffrent, et il fait de la suite de leur vie comme un tissu et une chaîne admirable de biens et de maux. » (Sacy.)

(1) Hebraeus: *Dies et quator menses*; quod interpretum plerique accipiunt de anno et quator mensibus. Nec sanè minori tempore opus erat, ut hæc omnia, quæ David apud Philistheos gessit, impleverit. Distinguentium ego maluerim tempus moræ Davidis inter Philistheos in Geth, à moræ in Siceleg. Quatuor menses illum substituisse crediderim in Geth, per annum et amplius in Siceleg. Quæ in hoc capite narrantur, ea pertinent ad tempus moræ Davidis in Geth, uti ad sensum demonstrant v. 9, 10 et 11, ubi legitur, Davidem ab expeditionibus suis reducem, regem convenisse, eumque certiorum de rebus à se gestis fecisse; neminem verò eorum qui sibi occurrerant, vivum reliquisse, ne adversus sese aliquid regni proderent. (Calmet.)

David demora dans les terres des Philistins pendant quatre mois. Il ne faut pas douter que les ennemis de David, après sa retraite vers Achis, ne l'aient fait passer pour un ennemi déclaré du roi et de l'état; et néanmoins il est vrai de dire qu'en cette rencontre l'accusé, qu'il semblait difficile de justifier, était très-innocent, et que ses accusateurs, au contraire, qui faisaient les zélés pour les intérêts de Saül, étaient très-coupables, puisqu'ils ne pouvaient reprocher à David que son malheur, dont leur imposture était la première cause. Car il n'avait été réduit à cette malheureuse nécessité de chercher un refuge parmi les Philistins, que parce que ses calomnieux le représentaient sans cesse à Saül comme l'ennemi de sa personne et de son royaume, et que ce prince, blessé par sa propre envie, et aigri encore par celle des autres, ayant effacé de son souvenir les services que David lui avait rendus avec tant de fidélité et tant de gloire, était résolu de le traiter comme un homme digne des plus grands supplices, quoiqu'il ne méritât que des récompenses. David cependant conserva dans son exil une affection inviolable pour ceux-là mêmes qui le haïssent si injustement. Sa personne est malgré lui parmi les Philistins, mais son cœur demeure toujours inséparablement

menses. Solet autem Scriptura, cum certum aliquod tempus definit, præmittere dies, quibus amplior aliqua summa compleatur. Judic. 19, ubi Vulgatus: *Mansitque apud eum quator mensibus*, Hebraicè est: *Diebus quator mensium.* 2 Reg. 19: *Quot sunt dies anorum vite mee.* Et Ps. 89: *Dies anorum vestrorum in ipsis septuaginta anni.* Quare *numerus dierum quator mensium* nihil est aliud, quam quator menses. Aut certè si verba in Hebraico textu accuratius expendas, quæ sic habent, *dies et quator menses*, sensus erit, aliquot dies supra quator menses Davidem fuisse in illa civitate commoratum, qui dies pauci fuisse videntur, nempe duo, aut quator. Quòd si illud, *et*, expositivè sumas, ita ut idem valeat, quòd *id est*, ut in Scriptura frequens, sensus erit facilis, et nostræ translationi consentaneus: Fuit David ibi aliquot dies, id est, aut nempe quator menses, seu dies, quibus quator compleuntur menses.

VERS. 8. — ET ASCENDIT DAVID, ET VIRI EJUS,

au peuple de Dieu. Il paraît au dehors ennemi des Israélites, et néanmoins il n'aime en effet que ceux que Dieu aime, et il hait ceux que Dieu veut que l'on persécute comme les ennemis de son nom.

Cet homme de Dieu a été, dans cet état si fâcheux où il se trouvait alors, l'image de quelques saints, qui sont tombés dans une disgrâce qui a beaucoup de rapport avec la sienne. Car on les a bannis, non du royaume d'Israël, mais de celui de Jésus-Christ, qui est son Eglise. On leur a reproché qu'ils étaient les ennemis de la vérité, eux qui auraient voulu donner mille fois leur vie pour la soutenir; et on les a traités non seulement comme suspects, mais comme coupables d'erreur et d'hérésie, quoiqu'ils fussent les défenseurs invincibles de la foi orthodoxe et du dépôt de la tradition sainte qu'ils avaient reçue de leurs pères.

Mais en quelque état qu'ils se soient trouvés, et en quelque extrémité qu'on les ait réduits, ils ont toujours témoigné qu'ils n'avaient jamais eu d'autres intérêts que ceux de Dieu, et ils sont demeurés attachés inviolablement à cette même Eglise, de la communion extérieure de laquelle on s'était efforcé de les séparer. Saint Augustin nous assure que « de grands hommes ont été persécutés de cette sorte, et que ces exemples ne sont pas si rares que l'on se l'imagine, mais qu'un coup traire il y en a plus que l'on ne pourrait croire. » Et après avoir dépeint admirablement la foi humble et la charité invincible de ces innocents persécutés, qui ont toujours conservé une affection sincère envers ceux mêmes qui les avaient traités avec tant d'injustice et de violence, il ajoute, que Dieu, qui voit dans le secret, couronne ces personnes dans le secret; *hos coronat in occulto Pater in occulto videns.* (Sacy.)

ET AEBAT PRÆDAS DE GESSURI (1). Ex eo loco egrediebatur David ad vicina loca Israëlitis et Palestinis, quæ neque ad hos, neque ad illos pertinebant, ex quibus agebat prædas, quibus sibi ea suis parabat ad vitam necessaria. Quondam enim, id est, sub hoc tempus, quando nondum regnum inierat David, Gessuræi, Gerzæi et Amalecæ, alieni ab Hebræorum religione, regionem incolbant Israelitarum finibus vicinam ab eâ parte, quæ à Syriâ ad Ægypti terminos porrigitur. Quando verò scriptis mandata sunt, sive à Gad, sive à Nathan, jam erant hi pagi vel subjecti regibus israel, aut facta in illis gravis aliqua mutatio, propter quam nulla fuerit inter illos, atque Israeliticum populum concertatio. Sanè David ex Machâ filiâ regis Gessur suscepit Absalomem, 1. 2 Reg. c. 3, quod argumentum est, Gessuræos sub subjectos esse, aut federatos Davidi. Hieronymus in Tradit. Hebr. aliam affert solutionem. Ait enim primùm hos populos non pertinuisse ad regnum Achis; dici autem habitatos antiquitùs in terrâ, quia quieti et securi habitati fuerant, et nullius hostis deprivationem perpassi. Quæ explicatio indicat, aut statuit habitati importare securitatem et otium. Sed quominus hæc expositio placeat, facit, quòd cum Gessuræis et Gerzæis numerantur etiam Amalecæ, qui paulo ante hoc tempus non solum spoliati bonis, sed penè deleti fuerant à Saule.

Chaldaeus pro antiquitus transtulit à seculo, et tunc sensus erit non alienus, ab initio gentes illas regiones occupasse in finibus Israel, quia nunquam ab illis à novis legitimisque dominis deturbati sunt.

Mihi verisimilius est, vicis aliquos expugnatos à Davide exiguis, ubi agebant præcipuè viri, qui greges alebant, remque tractabant pecuariam et rusticam, qui, antequam David datam sibi à Palestinorum rege civitatem ha-

(1) David faisait des courses avec ses gens, et il traît tout ce qu'il rencontrait dans le pays. Nous avons vu auparavant que David dans ses disgrâces même a toujours continué de combattre les Philistins, qu'il considérait comme les ennemis irréconciliables de Dieu et de son peuple.

Ceux de Gessuri et de Gerzi, dont il est parlé en ce lieu, étaient des restes des Chananéens, comme il est marqué dans le livre de Josué, et l'une de ces nations que Dieu avait commandé d'exterminer sans miséricorde. Car ils avaient commis autrefois des crimes détestables, comme il est marqué dans le livre de la Sagesse. Ainsi c'était par une sévérité pleine de justice que Dieu avait ordonné que l'on les traitât de cette sorte.

(Sacy.)

bitare, ipsi quoque vicis illos exiguis habitabant. Neque enim sexcenti viri civitates illas oppugnare aut possent, aut audent, quæ essent vicibus frequentes, et aliquid haberent ad resistendum virum. Cum autem neque vir ullus aut mulier superasset, insuper greges omnes inde essent abducti, verisimile est, eversos fuisse pagos illos, et in pastorum tantum mapalia fuisse conversos. Quem statum videntur habuisse, quo tempore hæc à scriptore sacro monumentis sunt tradita: nam ante illum ibi fuerant cætos hominum, qui civilibus legibus et civili congregatione vivebant. Hæc maxime videntur expedita. Quare relicti sunt poste Amalecæ, Gessuræi, et Gerzæi, licet illorum aliqua pars esset occisa, quam debellare postea, aut sociali fœdere adjungere sibi possent reges Israel.

VERS. 9. — ET VENIEBAT AD ACHIS. Postquam vicis habitatoribus, gregibusque vastaverat David, veniebat ad Achis, ut quid esset ab illo tentatum, peractumque referret, tum ut illi aliquid impertiretur à prædâ, quò illius gratiam et benevolentiam conservaret.

VERS. 10. — DICEBAT AUTEM EI ACHIS: IN QUOM ERATIS HODIE? RESPONDEBAT DAVID, CONTRA MERIDIVM JUDÆ (1). Putabat Achis præ-

(1) Hebraeus: *In quem effudit te hodie? vel plaudis? Excurritur hodie?*

CONTRA MERIDIVM JERAMEEL. Jerameel modica est regio, ditiosis Juda, jacens maxime ad meridiem, quam possidebant posteri Jerameellis, filii Hestomis natu majoris.

CONTRA MERIDIVM CENI. Regio est hæc Cinezorum, unde Jethro originem referebat, quam deinde Cinez ex Jethro nati, et unâ cum Israelitis Terram promissionis frequentatiss, obtinuerunt. (Calmet.)

Lorsqu'Achis disait à David: *Où aces-vous couru aujourd'hui? il lui répondait: Vers la partie méridionale de Juda.* David répond d'une telle sorte à Achis, qu'il lui fait croire qu'il pillait les terres d'Israël et qu'il tuait beaucoup de monde; quoiqu'il fit tout le contraire, et qu'il n'exerçât ses violences que sur les ennemis du peuple de Dieu. Ainsi on ne peut pas excuser ces paroles de mensonge; néanmoins cette conduite de David ne diminue en rien la certitude de cette règle de notre religion que saint Augustin a établie avec tant de lumière; qu'il n'est jamais permis de mentir. Car toutes les actions des saints ne sont pas saintes. Ils étaient grands devant Dieu, mais ils étaient hommes; et s'ils sont tombés quelquefois dans des fautes légères, comme est celle-ci, ou même dans les plus grandes, comme il est arrivé à David à l'égard d'Uri et de Bethsabée, ils les ont réparées ensuite par le mérite d'une vertu extraordinaire, et par les fruits d'une longue et sincère pénitence.

Ce que nous pouvons donc apprendre de cette conduite de David, c'est que nous devons

das illas quarum ad ipsum pars perveniret non exigua, ablatis esse de terra Judæ : quia Saulis Judæorumque omnium, in quos summam habebat potestatem Saul, hostem se profitebatur, quasi ab illis multis esset incommodis affectus. Quare solebat, cum illi primum occurreret, interrogare, ex quo populo abduxisset prædæ, quam invasisset regionem et gentem. Cui David, ne sua proderet consilia, aut aliquo se mendacio constringeret, sic callidè moderabatur responsum, ut Achis intelligeret tentatis esse Hebræorum fines, et ab illis abactam esse prædæ. Dicebat igitur, se profectum in regionem Judææ meridionalem, cum tamen Judæa fines non attingisset, quia pars illa, quam prædabundus invaserat ad partem Judææ meridionalem pertinebat. Sic ergo dissimulabat veritatem, ut nihil veritatis falsum affingeret.

VERS. 11. — VIRUM ET MULIEREM NON VIVIFICABAT DAVID, NEQUE ADDECEBAT IN GETI, DICENS : NE FORTE LOQUANTUR ADVERSEM NOS, TIMEBAT DAVID, NE QUÆ ILLARUM GENTIUM CÆDES ET DEPRÆDATIO AD PALÆSTINOS PERMANERET ; QUARE EX TANTÀ MULTITUDINE NULLUM VOLUIT ESSE SUPERSTITIUM, NE SIBI AC SUIS, SI RES ESSET DETECTA, GRANDE MALUM INDUCERET. Illud, non vivificabat, idem valet, quòd occidebat, sicut non sanctificare, idem quòd polluere, et sanctificare idem quòd non polluere. De quo loquendi genere egimus pluribus ad illud c. 21, vers. 5 : Sanctificabitur in vasis. Quam consuetudinem servavit vigilantissimè David, quamdiu inter Palæstinos commoratus est. Ex quo prudenter conjectabat Achis, habiturum se Davidem perpetuum atque fidelem servum, cum nunquam videretur reversurus ad populum suum, quem sic concedisset plagis, et rebus ad vitam necessariis toties exuisset.

Hic multa querit Abulensis, quæ curiosus lector ab illo petet. Querit primum, q. 16, an David contra hæc gentes pugnare, et tot atterere detrimentis poterit ? Et respondet, illum non peccasse, quia Scriptura hæc Davidem beaucoup craindre de tomber dans le mensonge, puisque les saints même n'ont pu l'éviter entièrement dans les nécessités fâcheuses où ils ont été réduits. Ainsi nous devons faire souvenir avec saint Augustin cette réflexion si digne de la sainteté du christianisme, que cette vie est malheureuse en cela même qu'il est quelquefois nécessaire pour la conserver de blesser la vérité, qui nous devrait être aussi sainte et aussi inviolable que Dieu même. (Sacy.)

dis facinora inter illius peccata non commemerat. Deinde, quia licebat Israelitis alieno populo, qui in assignatâ sibi regione condesissent, occidere. Deuter. c. 20, v. 16, cum sermo esset de gentibus, quæ in terrâ Chanaanide considerant, quam filii Israel essent occupaturi, dicitur : De his civitatibus, quæ dantur tibi, nullum omnino permittes vivere, sed interficies in ore gladii. Idem Numer. 33, v. 55. Gessuræi autem, et Gerzei, qui aliter existimantur dici Machati, in finibus habitabant Israel, Josue c. 15, v. 15. Et licet Amalecites extra fines habitarent Israeliticis, quia erant Idumæi, tamen reges Israel mandatum acceperant à Domino, ut illos ad unum occiderent. Vide quæ nos supra, c. 15. Cum autem David rex esset designatus, et à Saule rege chiliarchus præpositus, publicam quodammodo potestatem habebat, ut eos, qui alienas occupaverant sedes, inde pellerent, non solum bonis, sed etiam vitâ mulectati, sicut à Domino fuerat ante præceptum.

Illud mirum, quomodò tamdiu celari potuit Palæstinis, prædæ, quas frequenter videbant à Davide ferri, non esse ab aliis quam ab Hebræis deportatas, cum cædes tot virorum ac mulierum, et expugnati atque vastati habitatoribus pagi magistratus excitare deberent, ut tante stragis investigarent auctores, qui sanè, si vel medicis adhiberetur inquisitio, occulari non possent. Si causas consideres humanas, nempe Davidis solertiam, locorum distantiam, quæ illa interdum quæ magnasunt, in hominum cognitionem venire non sinit, omnes levissimæ sunt. Nam licet ea quæ magna sunt, aliquando premantur, non tamen opprimuntur; erumpunt enim tandem, et rumore nuntio aures etiam implent longè distantes. Neque illa quæ gesta sunt à Davide, usque adeo fuere interjecto spatio separata, ut non à Palæstinis videri oculis, ac manu etiam contractari poterint. Quare hæc uni divinæ providentiæ tribuenda sunt, quæ sic fuit Davidis consilii et votis, ut liberariti, ut vidimus, non semel à Saule, et res hæc, quæ naturâ suâ celari non poterant, ita moderatus est, ut nec in suspitionem ac mentem Palæstinorum venire poterint (1).

(1) VERS. 12. — MULTA MALA OPERATUS EST. Hebræus : *Fœtere faciendo fecit fœtere in populo.* Septuaginta : *Abominans, abominatus est in populo suo Israel.* (Calact.)

CAPUT XXVIII.

CHAPITRE XXVIII.

1. Factum est autem in diebus illis, congregaverunt Philisthiim agmina sua ut præpararentur ad bellum contra Israel. Dixitque Achis ad David : Sciens nunc scito quoniam mecum egredieris in castris, tu et viri tui.

2. Dixitque David ad Achis : Nunc scies quæ facturus est servus tuus. Et ait Achis ad David : Et ego custodem capitatis mei ponam te cunctis diebus.

3. Samuel autem mortuus est, plauxitque eum omnis Israel, et sepelierunt eum in Ramatha urbe suâ ; et Saul abstulit magos et ariolos de terrâ.

4. Congregatique sunt Philisthiim, et venerunt ; et castrametati sunt in Sunam ; congregavit autem et Saul universum Israel, et venit in Gelboe.

5. Et vidit Saul castra Philisthiim, et timuit, et expavit cor ejus nimis.

6. Consulitque Dominum ; et non respondit ei, neque per somnia neque per sacerdotes neque per prophetas.

7. Dixitque Saul servis suis : Querite mihi mulierem habentem pythionem, et vadam ad eam, et sciscitabor per illam. Et dixerunt servi ejus ad eum : Est mulier pythionem habens in Endor.

8. Mutavit ergo habitum suum, vestitusque est aliis vestimentis, et abiit ipse et duo viri cum eo, veneruntque ad mulierem nocte. Et ait illi : Divina mihi in pythone, et suscita mihi quem dixeris tibi.

9. Et ait mulier ad eum : Ecce tu nôsti quanti fecerit Saul, et quomodò eraserit magos et ariolos de terrâ : quare ergo insidiaris animæ meæ ut occidas ?

10. Et juravit ei Saul in Domino dicens : Vivit Dominus ! quia non eveniet tibi quidquam mali propter hanc rem.

11. Dixitque ei mulier : Quem suscitabo tibi ? Qui ait : Samuelem mihi suscipia.

12. Cum autem vidisset mulier Samue-

1. En ce temps-là, les Philistins assemblèrent leurs troupes, et se préparèrent à combattre contre Israël. Alors Achis dit à David : Assurez vous que je vous mènerai avec moi à la guerre, vous et vos gens.

2. David lui répondit : Vous verrez maintenant ce que votre serviteur fera. — Et moi, lui dit Achis, je vous confierai toujours la garde de ma personne.

3. Or, Samuël était mort : tout Israël l'avait pleuré, et il avait été enterré dans la ville de Ramatha, lieu de sa naissance ; et Saül, par son conseil, avait chassé les magiciens et les devins de son royaume.

4. Les Philistins s'étant donc assemblés, vinrent camper à Sunam, dans la tribu d'Issachar ; Saül de son côté réunit toutes les troupes d'Israël, et vint à Gelboé.

5. Et ayant vu l'armée des Philistins, qui était fort nombreuse, il eut peur, et son cœur se troubla.

6. Il consulta le Seigneur ; mais le Seigneur ne lui répondit ni en songes ni par les prêtres ni par les prophètes.

7. Alors, entrant dans une espèce de désespoir, il dit à ses officiers : Cherchez-moi une femme qui ait un esprit de python, afin que j'aille la trouver, et que par son moyen je puisse consulter le démon. Ses serviteurs lui dirent : Il y a à Endor une femme qui a un esprit de python.

8. Saül se déguisa donc, changea d'habits, et s'en alla, accompagné de deux hommes seulement. Il vint la nuit chez cette femme, et lui dit : Consultez pour moi l'esprit de python, et évoquez-moi celui que je vous dirai.

9. Cette femme lui répondit : Vous savez tout ce qu'a fait Saül, et de quelle manière il a exterminé les magiciens et les devins de toutes ses terres : pourquoi donc me tendez-vous un piège pour me perdre ?

10. Saül lui jura par le Seigneur, et lui dit : Vive le Seigneur ! il ne vous arrivera de ceci aucun mal.

11. La femme lui dit : Qui voulez-vous voir ? Il lui répondit : Faites moi venir Samuël.

12. La femme ayant vu tout d'un coup par-